

¶ filios suos abdicavit/hic custodiet uba tua. ¶ testa  
mētū tuū obseruabit. Illi ergo veri e9 ¶ māifesti e9/q  
nihil in corde dolī habeant. nihil fraudis occultent.  
sed verba eius custodiant. ¶ in corde suo conferant/  
sicut conferebat i Maria. qui suos parentes officio  
suo non nouerint p̄ferendos. qui violatores oderint  
castitatis. pudicitie vlciscantur iniuriam. nouerint  
officiorū tēpora. quod maius / quod minus sit. quod  
cui aptum tempori est. ¶ ut id solum sequātur / quod  
honestum est. sane ubi duo honesta / id quod honesti  
us est / preponendum putent. Hi iure benedicti. Si  
quis ergo manifeste iusticias dei / incensum ponat / be  
nedic domine virtutem īpius. opera manuum eis sus  
cipe. ut gratiam propheticē benedictionis inueniat.

**A**mbrosius doctoris eximii Liber primus in quo de  
honesto / officiisq a fontibus quattuor honesti ex  
ortis differitur / Finit feliciter.

**S**ecundus in quo de utili / officiisq ad vitam cō  
sequendum beatam utilibus disputatur / incipit. ¶ in  
duos diuiditur Tractatus.

**T**ractatus primus ostēndens solas virtutes ani  
mi / non corporis ¶ extēna que putantur bona / alt  
quid afferre utilitatis ad vitam beatam / sex contiñ  
capitula.

**C**apitulum primum duas habens partes.

**H**o<sup>m</sup>eritatem / de Officiis tractam  
mus que conuenire honestati arbitra  
remur. in qua vitâ beatam posicâ esse  
nulli dubitauerunt. quâ scriptura ap  
pellat vitâ eternâ. Tantus enim splé  
dor honestatis est / ut beatâ vitâ effi  
ciant/trâquillitas conscientie / et securitas innocentie.  
Et ideo sicut exortus sol/lune globum / cetera stella  
rum abscondit lumina/ita fulgor honestatis / vbi ve  
ro / incorrupto vibrat decorum/cetera que putantur  
bona/secundū voluptatē corporis/aut secundū secu  
lū clara / et illustria/obumbrat.

Beata plane / que nō alienis estimat iudicis. sed  
domesticis percipit sensibus/tâqz sui iudex. Necqz enī  
populares opiniones/pro mercede aliqua requirit /  
neqz p supplicio pauet. Itaqz quo minus sequit glo  
riâ/eomagis super eam imminet . Nam qui gloriam  
requirunt/his ea merces p̄sentū vmbra futuroz ē / q̄  
ipedit vitâ eternâ. Quod in euāgelio scriptū ē. Amē  
dico vobis/perceperūt mercedē suā. De his scilicet / q̄  
velut tuba canēdo/ vulgare liberalitatē suā quā faci  
ūt circa pauperes / gestiūt. Similiter / de ieunio. quod  
ostentatōis cā faciūt. H̄abent (inqt) mercedē suā. ho  
nestatis igit̄ est/ vel misericordiā facere / vel ieunū  
deferre,in abscēdito. vt mercedē vitearis a solo deo  
tuo q̄rere. nō etiā ab hōibus. H̄a qui ab hōib⁹ q̄rit/  
habet mercedē suā. Qui aut̄ a deo/habet vitâ eternaz.  
quā prestare nō p̄t/nisi autor eternitatis. Sicut ill⁹  
ē. Amen dico tibi/bodie mecū eris in paradiſo. Unde  
expressi⁹/ scriptura vitâ eternâ appellauit ēā que sit  
beata / ut nō hominū opinionibus estimandum relin  
queretur/ sed diuino iudicio committeretur.

Lapitum scri  
Lazap photof  
lo posuerit  
ut Terellus / Gai  
mirabiliter laude  
mū boni posuit  
laudauerunt. Ali  
Ali / ut Calliphe  
tari sunt / ut alte  
coloris. / forsitan  
non possit esse be  
num bonum / que  
doafras / et cetera  
et honestate vitâ  
nō nō etiā corpor  
Scriptura aut̄ ou  
sunt diuinitatis /  
veriusq̄ affection  
Hā / et de scientia /  
cum vita eterna /  
et quē misit Jeſu  
pondet. Omnis q̄  
forotes / aut patr  
hos / aut agros p  
cipiat / et vitam  
S̄z ne effimerit /  
augelio / p̄dicatio  
teles / et theofraſ  
steriora propon  
homen audiret /  
viteatur exp̄ressum  
quem tu crudeliter

**C**apitulum secundum Tres habens partes.

**I**taq; philosophi/ vitam beatam/ alii in nō dolē  
do posuerūt. vt Hieronimus. Alii in rerū sciētia  
vt Herillus. Gui audiens ab Aristotele/ i theofrasto  
mirabiliter laudatā esse rerū scientiā/ solā eā q̄ si sum  
mū bonū posuit. cū illi/ eā q̄si bonū/nō q̄si solū bonū  
laudauerunt. Alii voluptatē dixerunt. vt Epicur⁹.  
Alii/ vt Callipho/ i post eum Diodorus/ ita interpre  
tati sunt/ vt alter ad voluptatē/ alter ad vacuitatem  
doloris: cōsortiū honestatis adiungerent / q̄ sine ea  
non possit esse beata vita. Zenon stoicus/ solū i sum  
mum bonum/ quod honestum est. Aristoteles aut̄ vel  
theofrastus i ceteri peripatetici/ in virtute quidē hoc  
est honestate/ vitā beatā esse/ sed compleri eius beati  
tudinē/ etiā corporis atq; externis bonis asseruerūt.  
Scriptura aut̄ diuinā/ vitam beatā in cognitione po  
suit diuinitatis/ i fructu bone operationis. Deniq;  
veriusq; assertionis euangelicū suppetit testimoniu⁹.  
Hā i de scientia ita dicit dominus Jesus. Hec est au  
tem vita eterna/ vt cognoscant te solum verum deū.  
i quē misisti Jesum Christum. Et de operibus ita res  
pondit. Omnis qui reliquerit domū/ vel fratres/ aut  
sorores/ aut patrem/ aut matrem/ aut vxorem/ aut fi  
lios/ aut agros propter nomen meum/ centuplum ac  
cipiet. i vitam eternam possidebit.

S; ne estimet̄ hoc recēs eē/ i pri⁹ tractatū a phīs q̄ i  
euāgelio pdicatū/ ateriores euāgelio phī/ id est Aristot  
eles/ i theofrast⁹/ vel zenon/ atq; Hieronim⁹/ sed po  
steriores prophetis/ accipiāt q̄ longe/ anteq; phōz  
nomen audiret/ per os sancti David vtruncq; aperite  
videatur expressum. Scriptum ē enim. Beat⁹ homo/  
quem tu erudieris dñe. i de lege tua docueris eum .

Habemus et alibi. Beatus vir qui timet dominum in manu datus eius cupiet nimis. Docuimus de cognitione ius premii eternitatis fructu esse memorauit adiutorius prophetarum quia in domo huius timentis dominum vel eruditus in lege et cupientis in mandatis divinis gloria et iustitia eius manet in seculum seculi. De operibus quoque in eodem psalmo subiunxit vite eterne suppetere premium viro iusto. Denique ait. Beatus vir qui miseretur et comodat. disponet sermones suos in iudicio. quia in seculum non comouebitur in memoria eterna erit iustus. Et infra. Dispersit dedit pauperibus. iustitia eius manet in eternum.

Habet ergo vitam eternam fidem. quia fundamentum est bonum. habent et bona facta. quia vir iustus et dicitur et rebus probat. Nam et si exercitatus sit in sermonibus et desidiosus in operibus prudenter suam factis repellit. Et grauius est scire quid facias nec fecisse quod faciendo cognoveris. Contra quoque strenuum esse in operibus affectu infidum ita est ac si virtuoso fundamento pulchra culminum velis eleuare fastigia. quo plus struxerit plus corruit. quia sine munimento fidei opera non possunt manere. Infida statio in portu narium perforat. et arenosum solum cito cedit. nec per ipsa site edificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo premii ubi virtutum perfectio. et quedam in factis atque dictis equalitas sobrietatis.

**C**apitulum tertium Unam partem continens.  
**E**t quoniama sola rerum scientia explosa est vel quasiianis secundum phisicorum disputatores superflua sunt vel quasi semiperfecta scientia consideremus quod enodem de eo scriptura divina absoluat sententiam de quo tam multiplices et implicatas atque confusas videmus

questiones esse phie. Nihil enim bonū scriptura (nisi quod honestū) asserit. virtutēq; in omni rerū statu be atā iudicat/ que neq; augeat̄ bonis corporis vel ex ternis / neq; minuat̄ aduersis. Nihil tam beatū / nisi quod a peccato alienū sit. plenū innocentie. repletum gratie dei. Scriptū est enī. Beatus vir / qui nō abiit ī cōsilio īpiorū / ī via peccatorū non stetit. ī in ca thedra pestilentie nō sedit. sed in lege dñi fuit volun tas eius. Et alibi. Beati īmaculati in via. qui am bulant in lege dñi . Innocentia igitur ī scientia/bea tum faciunt. Bone quoq; operationis mercedem/ esse beatitudinem vite eterne/superius aduertimus.

Capitulum quartum Vnam partem contineſ.

**B**Estat igitur / ut spreto patrocinio voluptatis aut doloris metu (quorū alterz quasi infractū ī molliculum alterum quasi euiratum ī infirmū des puit) in iþis doloribus vitā beatam eminere demon strem. Quod facile doceri potest / cum legerimus / beati estis / cum vobis maledicent / ī persequuntur / ī dicent omne malum aduersus vos / propter iusticiā. gaudete ī exultate. qm̄ merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt ī pphetas / qui erāt ante vos. Et alibi. Qui vult venire post me / tollat crucem suam. ī sequatur me. Est ergo beatitudo in doloribus. quos plena suavitatis virtus comprimit ī coercet. ipsa si bi domesticis opibus abundans / vel ad conscientiā / vel ad gratiam. Hęq; enim parum beatus / Adoyses / cum egipciorum vallatus populis / ī mari clausus / per fluctus sibi ī populo patrum / pedestrem viam piis meritis inuenisset . Quando autem fortior q̄ tunc / cum extremis circumuentus periculis / non des perabat salutem / sed exigebat triumphum ?

Quid Aaron? Num beatiore se credidit quod tunc quoniam me  
dixi stetit inter viuos ac mortuos / et obiectu sui sta-  
tuit mortem / ne ad viuorum transiret agmina a cada-  
ueribus mortuorum? Quid de puero Daniel loquar/  
qui tam sapiens erat / ut inter leones fame exaspera-  
tos / nulla bestialis feuitie frangeretur formidine? Ita  
alienus a metu / ut posset epulari / nec vereretur ne ad-  
pastum exemplo sui feras prouocaret? Est ergo et in do-  
lore virtus / que sibi bone suavitatem exhibeat con-  
scientie / et ideo in dicio est / quod non minuat dolor / vir-  
tutis voluptatem.

Capitulum quintum Duas habens partes.

**P**icut ergo nulla virtuti decessio beatitudinis per  
dolorem / ita etiam nulla accessio per voluptatem  
corporis aut commodez grā. De quibz pulchre apo-  
stolz ait. Sive mihi lucra fuerūt / hec duxi propter Christū  
suum detimenta esse. Et addidit / propter quem dīam  
na duxi / et estimō ut stercore / ut Christū lucrifaciā.  
Deniqz Adoyse dānum suū credidit thesauros esse  
egyptioz / et obprobriū dñice crucis p̄tulit / nec tunc  
diues / cū abundaret pecunia / nec postea pauper / cum  
eageret alimento / nisi forte tunc alicui minus beatus  
videretur fuisse / cū in deserto quotidiana alimonia  
sibi et populo suo deforet. Sz quod summi boni ac be-  
atitudinis nemo negare audeat / māna ei (hoc ē panis  
angelorū) misstrabat e celo / carnis quoqz quotidiana  
pluuiia totius plebis epulis redidabat. Helie quoqz  
scō panis ad virtū deerat / si quereretur / sed non vide-  
batur deesse / quia non querebatur. Itaqz diurno cor-  
uoz obsequio / mane panis / caro ad vesperā defereba-  
tur. Numquid ideo min⁹ beat⁹ / quia erat pauper sibi?  
Adinime. Jam magis eo beatus / quia erat deo diues

Alius enim esse q̄ sibi diuitem/prestat. ut iste erat/q̄ tempore famis cibum a vidua petebat/largitus ei/ ut idia farine per triennū ⁊ sex menses nō deficeret ⁊ ad quotidianos viuis/olei vas vidue inopi suffice ret ac ministraret. Aderito ibi volebat Petrus esse / ubi istos videbat. Aderito in monte cum Christo in gloria apparuerunt/quia ⁊ ipse pauper factus est/cum diues esset. Nullum ergo amiculū prestant dimitie ad vitam eternā. Quod euidenter dñs demonstrauit ī euangelio/dicens. Beati pauperes. qm̄ vestrū est reg nū dei. Beati qui nūc esuriunt ⁊ sitiunt. q̄a saturabunt. Beati qui nunc fletis. quia ridebitis.

Iaqz paupertatem/famem/dolorē/ que putantur mala / non solum impedimento non esse ad vitā beātam/sed etiam adiumento / euidentissime pronuncia tum ē. Sed ⁊ illa que videtur bona/dimitias/satieta tem/letitiam/expertem doloris/detrimento esse ad fructum beatitudinis / dominico declaratum iudicio liquet. cum dicitur . Ve vobis dimitibus. qui habetis consolationem vestram. Ve vobis qui saturati esitis quia esuriatis. Et illis qui rident. quia lugebunt. Sic ergo non solum amiculū non sunt ad beatam vitā corporis aut externa bona/sed etiam dispēdio sunt. Inde enim beatus Habuthe etiam cum lapidaretur a dīmit. quia pauper ⁊ infirmus / aduersum opes regias solo erat affectu ⁊ religione diues. ut pecunia regali non commutaret paternę vinee hereditatem. eo q̄ perfectus / quia sanguine proprio defenseret iura majorum suorum. Inde quoqz miser achab etiam suo iudicio. qui pauperem necari fecerat/ ut eius possit eret vineam.

**Capitulum sextum Duas habens partes.**

**Q**uartum est/solum et summum bonum / virtutem  
esse. eamque abundare solum ad vite fructum bea-  
te. nec externis aut corporis bonis / sed virtute sola  
vitam prestari beatam / per quam vita eterna acqui-  
ritur. Vita enim beata fructus presentium. vita autem  
eterna spes futurorum est.

Ecce sunt tamen qui in corpore tantum infirmo/tantum fragili/impossibiliter vitam beatam putant. in quo necesse est angusti: dolere/deplorare/egredescere. quasi vero ego in corporis exultatione dicam vitam beatam ostendere. et non in altitudine sapientie. suavitate conscientie. virtutis sublimitate. Non enim in passione esse/sed victore passionis esse/beatum est. nec frangi temporalis metu doloris. Non ne accidere hec / que grauia ad vim doloris ferunt / cecitatem/exilium/famem/stuprum filie/amissionem liberoꝝ  
Quis neget beatum esse Isaac/qui non videbat in senectute et beatitudines/suis benedictionibus conferebatur?  
An non beatus Jacob/qui proflugus patria domo/mercenarius pastor/exilium sustinuit/ filie pudicitiam ingemuit esse temeritatem/famem pertulit? Non ergo beati quorum fidei deus accepit testimonium/cum dicitur/ deus abraham/ deus isaac/ deus iacob. Misera est seruitus/ sed non miser ioseph/immo plane beatus/cum dominus libidines/i seruitute positis coerceretur. Quid de sancto daniel loquaris/ qui tristis filiorum deplorauit obitum/ et quod his durius/ incestus filie? Quoniam non beatus/de cuius successione/ beatitudinis autor exortus est / qui plurimos fecit beatos? Beati enim qui non viderunt/ et crediderunt. Euerunt et ipsi in sensu infirmitatis/ sed conualuerunt de infirmitate fortis. Quid laboriosius autem sancto Job/ vel in domus incendio vel filiorum decem interitu momentario/ vel in doloribus corporis?

Nunquid minus beatus / q̄ si illa nō pertulisset / in q̄  
bus magis probat⁹ est. Esto tñ fuisse in illis aliquid  
acerbitatis. Quem virtus aī nō abscondit dolorē? Ne  
q̄ enim p̄fundū mare negauerim / q̄a vadosa littora  
sunt. Nec celū lucidū / quia interdū obtexit⁹ nubib⁹.  
Nec terrā fecundā / quia aliquibus locis ieiuna ē gla  
rea. Aut letas segetes / quia inter mixtā solent habere  
sterile auenā. Similiter puta beate messem cōscientie/  
interpellari aliquo acerbo doloris. Nōne totius ma  
nipulis beate vite si quid forte aduersi accidit atq̄  
amaritudinis / tanq̄ sterilis auena abscondit⁹ / aut tā  
q̄ lolii amaritudo frumenti suavitate obducitur? S̄  
iam ad proposita pergamus.

Tractat⁹ secundus / q̄ Officia utilia / q̄q̄ utiliora  
a q̄busq̄ ducat⁹ ututib⁹ explicās. xiiii. òtin⁹ capitula  
Capitulum primum Quattuor habens partes.

**S**uperiore libro ita diuisionem fecim⁹ / vt  
primo loco esset honestū ac decorū / a quo  
officia ducerent⁹ / secundo loco quid utile .  
Et quēadmodū in primo dixim⁹ / quia in  
ter honestū ⁊ decorum est quedaz distinctio / que ma  
gis intelligi q̄ explicari possit / sic ⁊ cum utile tracta  
mus / considerandum videtur quid utilius .

Utilitatem aut̄ / nō pecuniarii lucri extimatiōe sub  
ducim⁹ s̄z acquisitione pietatis . sicut apostol⁹ ait . Pi  
etas aut̄ ad òia utilis ē / p̄missionē habēs vite p̄ntis  
⁊ future . Itaq̄ in scripturis divini s / si diligēter q̄ra  
mus / sepe inuenimus / quod honestum est / utile voca  
ri . Omnia mihi licent . sed non omnia sunt utilia . Su  
pra de vitiis loquebatur . Hoc ergo dicit . Licet pec  
care . sed non decet . In potestate sunt peccata . sed non  
sunt honesta . Luxuriari promptū est . sed nō iustū .